III. *Enarratio Obſervationum circa* Rorem deciduum, *factarum* Medioburgi *in* Zeelandis, *a* Leonardo Stocke, *M. D. ſuper aperta Planitie plumbea Turris Aſtronomicæ* Joh. Munkii, *Architecti publici; tempore nocturno, inter* 25 *&* 26 Julii 1741. *N. S. cum figuris* Floccorum Nivalium Jan. 1742. ibidem *obſervatorum.*

Read May 20. 1742.

DIEI 25 Julii meridie, altitudo Barometri fuit 29 poll. 2 $\frac{3}{4}$ lin. Rhenoland. Thermometri autem Fahrenheitiani 70 gradum: Cœlo ſereno, Ventoque leniter flante ex occidente æſtivo: At ipſo obſervationum tempore, ab hora decima ad primam nocturnam, Barometri altitudo erat 29 poll. 2 lin. Thermometri circiter 60 gradum, flante vix ullo Vento, Cœloque itidem ſereno.

In Vitrum varii generis, multum roris decidit, ita ut totum maderet.

In Aurichalcum politum pauxillum, nec niſi tenuis Vapor.

——Aurichalcum rude & aſperum, paulo plus.

——Ferrum Stanno obductum, (Belgice *Blik*) parum.

—— ——— ——— ——— cœrulei coloris, multum.

—— ———aſperum, admodum multum.

—— ———læve, pæne nihil.

—— ———rubiginoſum, nihil.

——Argentum vivum purum, nihil.

In

In Stannum læve, nihil.
——Plumbum aſperum, multum.
—— ——lævigatum, parum.
——Argentum candidum, nihil.
—— ——politum, nihil.
—— inauratum, item nihil.
——Vas Myrrhinum cœrulei coloris, (Belg. *Blaau Porſelein*) multum.
——Scandulam lapideam, multum.
——Corbulam ex canna Indica ſubtiliter plexam, modicum.
—— Lignum Querceum læve: albi coloris, perquam multum.
—— ——nigri coloris, multo minus.
—— ——Abiegnum (Belg. *Greenen hout*) lævigatum, erat tantummodo uvidum.
—— —— albi coloris, paululum roris habebat.
——Omnis generis papyrum & humeſcebat.

Illis corporibus, quæ multum roris admittebant, paulo editius, diſtantia duarum triumve pollicum, ſupra locum jam roratum collatis, locus iſte in plumbea turris planitie ſiccabatur, ipſaque corpora tam inferne quam ſuperne madeſcebant; attamen ſtannum & argentum in eodem ſitu locata, ſicca permanebant, licet ipſe locus antea roratus exſiccaretur.

1



2

3



4



REGIÆ SOCIETATI Lond. *Figuræ ſupra-poſitæ, exhibent formas* Nivalium Floccorum, *quos* Medioburgi *in* Zeelandis *obſervavit* Leonardus Stocke, *M. D.*

Poſtridie Calend. *Jan.* 1742. *N. S.* Summo mane depluerunt Flocci, (partim) conformati inſtar Fig. 1. quorum Diametri ad extrema puncta pertingentes erant $\frac{3}{4}$ lin.

10 *Jan.* die, ante meridiem, Fig. 2. Diametri $\frac{3}{4}$ lin. in quibus media ſexangularis roſa, ſicut in Fig. 1. ovales figuræ vacuæ erant.

20 *Jan.* Circa meridiem, Fig. 3. Diametri 1 lin. & Fig. 4. Diametri 1 $\frac{1}{4}$ lin. hi poſteriores reſplendebant lapidis ſpecularis inſtar.